


# Laibacher Diözesanblatt.



Inhalt: 66. Papae Leonis XIII. epistola encyclica ad Episcopos Hungariae.  
— 67. Decretum generale continens catalogum Festorum. — 68. Gesetz vom  
19. März 1876, betreffend die Bestimmung der Fristen zur Geltendmachung der  
Rechtsmittel gegen die Entscheidungen und Verfügungen der Organe der Finanzverwaltung.  
— 69. Kirchthurnglocken. — 70. Erkenntniß des f. f. Reichsgerichtes in einer Congrua-  
Anglegenheit. — 71. Sammlung. — 72. Concurs-Berlautbarung. — 73. Chronik  
der Diözese.



66.

Venerabilibus Fratribus Primati Archiepiscopis Episcopis aliisque Locorum Ordinariis in  
Hungaria

Gratiam et Communionem cum Apostolica Sede habentibus

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Constanti Hungarorum in hanc Apostolicam  
Sedem pietati observantaeque paterna semper Ponti-  
ficium romanorum benevolentia mutuo cumulateque  
respondit; Nosque ipsi praecipuae caritatis pro-  
videntiaeque testimonia nunquam passi sumus a  
vobis a gente vestra desiderari. Istiusmodi vero  
animum Nostrum singulari quadam ratione pate-  
fecimus, cum septem ante annos maximi faustis-  
simique eventus memoriam Hungaria celebravit.  
Hanc siquidem opportunitatem nacti, epistolam ad  
vos dedimus, Venerabiles Fratres, in eaque tum  
avitam Hungarorum fidem, virtutes et clare facta  
commemoravimus, tum etiam consilia vobiscum  
de rebus communicavimus, quae ad gentis istius  
salutem et prosperitatem, per haec tam infensa  
catholico nomini tempora, pertinere viderentur.  
Eadem vero causa idemque propositum Nos modo  
impellunt ut iterum ad vos perscribamus. — Sane  
in eo genere rerum, quae omnium animos istic  
postremo hoc tempore permoverunt, Apostolici  
officii Nostri ratio postulat, ut vos clerumque

vestrum ad animorum constantiam, ad concordiam,  
ad alacritatem in erudiendis monendisque oppor-  
tune populis curae vestrae concreditis enixius  
cohortemur. — Sed alia praeterea sunt apud vos,  
quae novam sollicitudinis causam Nobis afferunt:  
pericula intelligimus, quae religioni graviora quo-  
tidie impendent. — Haec enimvero, uti praecipuas  
curas cogitationesque Nostras ad se convertunt,  
ita maxime operam vestram, Venerabiles Fratres,  
vehementius efflagitant; eamque valde confidimus  
consiliis expectationique Nostrae parem omnino  
futuram.

Quod generatim ad officia catholicorum attinet,  
tam acri praesertim insidiosaque institutorum chri-  
stianorum oppugnatione, maiorem in modum  
oportet ut universi serio naviterque perendant  
quanti referat in omni temporum rerumque varietate  
salvam incolumentque esse in civitate religionem,  
itemque quantopere intersit perfectam stabilemque  
hac in re animorum consensionem retineri. Causa  
nimur agitur de summo maximoque omnium

bonorum, quae **est** sempiterna hominum salus, neque minus de iis ipsis conservandis tuendisque rebus, quae in civili societate vel ad quietem vel ad veri nominis felicitatem impense expetuntur. — Ita plane excelsi illi viri, gratissimaque omnis posteritatis memoria digni, sensere, qui in eximium fortitudinis animi exemplum ubique gentium, quavis aetate, mirifice eluxerunt, seseque velut murum pro domo Dei impertierunt; non sua omnia solum, sed et vitam ipsam, religionis Ecclesiaeque causa, parati profundere. — In quo pariter habet Hungaria vestra domestica exempla, eaque, longo aetatum decursu, et multa et praeclara. Quin immo quod ipsa in chatolica fide a Stephano rege et Apostolo suo accepta, fideliter constanterque permanserit, in hoc sane, praeter singulare Dei beneficium, agnoscendus est fructus firmissimi perpetuique gentis istius propositi; quod nempe mature intellexerit quum de religione ageretur, de gloria nominis de ipsa incolumitate generis sui causam agi. Mirum vero quam generosas et insignes istiusmodi animorum affectio virtutes aluerit: quarum ope vel in summis temporum difficultatibus magnitudini periculorum non dissimilem Hungari fortitudinis constantiaeque magnitudinem opposuerunt. Earum sane praesidio virtutum, quum iteratas Tartarorum incursiones, tum etiam diuturnos immanesque Mahumedanorum impetus invicti refutarunt: digni sane qui in hoc tam periculo certamine ab exteris etiam gentibus, a principibus summis, maxime a romanis Pontificibus, omni adiuvarentur subsidio; neque enim de fide tantummodo imperioque Hungarorum, sed de ipsa religione catholica, de Occidentis salute dimicabatur. — Simili ratione recentiorum saeculorum procellas, quae tam graves apud finitimas gentes edidere ruinas, etsi earum violentiam ipsa quoque sensit Hungaria, iacturasque fecit non sane leves, sospes tamen effugit; effugietque in posterum si modo suus religioni stet honos, omnesque pernoscent quae sua cuiusque sint quotidiana officia, eaque diligentissime colant.

Atque ut ad ea veniamus, quae propositum Nostrum proprius attingunt, haud mediocri pro-

fecto animi dolore perspeximus, praeter ea quae in Hungariae legibus, uti alias conquesti sumus, „cum Ecclesiae iuribus discrepant et eius facultatem agendi minuunt ac professioni catholici nominis officiunt<sup>1)</sup>“, et alia fuisse postremis hisce annis vel publica auctoritate decreta vel acta, haud minus sane Ecclesiae ipsi reique catholicae perniciosa: eo autem qui nunc est communium rerum vestrarum cursu, valde pertimescendum, ne longe graviora eveniant religioni damna. — Iamvero, quod nominatim pertinet ad ea rerum capita, quae ferventius apud vos proximo hoc tempore agitata sunt, vestrum est, Venerabiles Fratres, studiose concorditerque dare operam, ut omnes tum sacerdotes tum laici apprime agnoscant quid sibi liceat et a quo cavere debeant, ne contra naturalis divinaeque legis offendant praescripta. Et quoniam plerique vestrum de iis ipsis rebus animarum curatores iusserunt Apostolicae Sedis iudicium, a vobis metipsis perrogatum, expectare, vestrum iam erit, Venerabiles Fratres, eosdem sacerorum administros sedulo adiacionere ut religioni habeant ne minium quidem ab iis discedere quae Apostolica Sedes vel statuerit vel praeceperit: quod autem sacerdotibus non liceat, planum est ne laicis quidem hominibus illud licere. — Ceterum ad prohibendam plurimorum malorum vim, permagni ponderis est, ut animarum curatores nunquam desistant multitudinem commonere, ut ab ineundis cum alienis a catholico nomine coniugiis, quantum fieri possit, abstineant. Probe intelligent fideles, notatumque animis habeant, ab eiusmodi coniugiis, quae semper Ecclesia detesta est, ex eo maxime esse abhorrendum, ut Nos ipsi alio loco ediximus<sup>2)</sup>, „quod occasionem praebent vetitae societati et communicationi rerum sacrarum; periculum religioni creant coniugis catholici; impedimento sunt bonae institutioni liberorum, et persaepe animos impellunt, ut cunctarum religionum aequam habere rationem assuecant, sublato veri falsique discrimine“.

<sup>1)</sup> Epist. Encycl. ad Episcopos Hung. die XXII. Augusti MDCCCLXXXVI.

<sup>2)</sup> Litt. Encycl. de Matrimonio christiano an. MDCCCLXXX.

Sed avitae Hungarorum religioni maiora impendunt, ut monuimus, damna. Quotquot istic sunt inimici catholici nominis non dissimulant profecto quid velint: nimirum, armis omnibus ad nocendum aptioribus, illud assequi ut Ecclesia resque catholica in deteriorem quotidie conditionem compellantur. Vos itaque, Venerabiles Fratres, vehementius quam unquam alias hortamur, nulli ut labori parcatis, quo tantum periculum a grege vobis commisso a patria vestra propulsetis. — Illud imprimis curate atque efficite ut universi, exemplo et auctoritate vestra confirmati, religionis causam fortes et animosi suscipiant, firmiter tueantur. Profecto, haud raro accidit, neque enim reticebimus id quod est, ut nonnulli inter catholicos, quo tempore maxime deberent virtute constantiaque summa eniti in tuendis vindicandisque Ecclesiae iuribus, specie quadam humanae prudentiae ducti, vel in diversa abeant, vel nimis in actione timidos remissosque se praebant. Atqui facile perspicitur, istiusmodi agendi rationem periculis sane gravissimis aditum patefacere, praesertim si de iis agatur qui vel auctoritate polleant vel in opinionibus multitudinis plurimum possint. Praeter enim quam quod officium deseritur iustum ac debitum, haud levis plerumque offensionis affertur causa, et via intercluditur ad eam obtinendam servandamque concordiam, quae facit ut omnes idem sentiant, idem suo facto comprobent. Qua sane re, catholicorum scilicet vel desidia vel dissensione, nihil potest inimicis catholici nominis optatus contingere; haec nempe illuc, quo proclive est, crebrius evadunt, ut inimicis ipsis liberum expeditumque ad peiora audenda locum relinquant. Oportet sane omnibus in rebus consilii prudentiam temperantiamque habere comites; Ecclesia ipsa vult in defensione veritatis consultam adhiberi agendi rationem: nihil tamen a germanae prudentiae legibus tam alienum, quam committere ut religio impune vexetur, populi salus in discrimen adducatur.

Cum vero ad firmandam concordiam, aequa ac ad actuosam catholicorum hominum solertiam excitandam, mire efficacem salutaremque vim habeant, ut experiendo patet, annui eorumdem con-

ventus, in quibus de re catholica, de piorum operum omnis generis incremento, Episcoporum ductu atque auspiciis, communia consilia conferuntur; ideo vehementer optamus ut ea naviter perficiantur, quae vosmet non multo ante, hac super re, opportune providisse cognovimus. Neque enim dubitamus, conventus eiusmodi, qui ut aliis quoque in locis haberentur valde Nos auctores fuimus, rationibus vestris magnopere profuturos. — In eo etiam sedulo vos prospicere decet, ut in legumlatorum coetus ii viri spectatae religionis probataeque virtutis cooptentur, qui animum gerant tenacem propositi, videlicet ad Ecclesiae reique catholicae iura vindicanda promptum semper atque alacrem. — Videlicet praeterea, Venerabiles Fratres, tum ephemeredum tum librorum ope, in id acriter incumbere qui ab Ecclesia dissident, ut errorum perversarumque opinionum venena late spargant in vulgus, mores bonos corrumpant, atque ab actione vitae christiana multitudinem abducant. Intelligent igitur homines vestri, tempus iam esse conari aliquid maius in hoc genere, omnique ratione efficere ut scripta scriptis opponantur, quae magnitudini certaminis paria existant, atque idonea malis remedia suppeditent.

Maxime vero, Venerabiles Fratres, studia vestra in puerorum atque adolescentium institutione fixa et locata esse volumus. Mens Nobis non est ea iterare, quae iam in iisdem ad vos litteris, initio commemoratis, exposuimus: facere tamen non possumus quin nonnulla, quae gravioris momenti sunt, breviter attingamus. — De primordiorum scholis, instandum urgendumque est, Venerabiles Fratres, ut curiones ceterique animarum curatores summo in eas studio continenter evigilent, maximisque ponant officii sui partes in alumnis sacra doctrina erudiendis. Tale vero munus, nobile atque grave, ne alienae procurationi permittant, sed ipsis sibi assumant habeantque carissimum, cum certum sit a sana piaque puerilis aetatis institutione, non familiarum solum, sed rei ipsius publicae incolumentem magnam partem pendere. Neque industriam solertiamque putetis ullam fore tantam, quin sit adhibenda maior ut scholae eiusmodi laeta quo-

tidie incrementa capiant. Illud valde opportunum fuerit, in unaquaque Dioecesi *Inspectores scholarum et dioecesanum et decanales* constitui, quibuscum quotannis, Episcopi de scholarum statu et conditione, immo et de ceteris rebus ad fidem, ad mores, ad animarum curam pertinentibus, consilia conferant. Quod si necesse sit ut vel novae instituantur, pro locorum ratione scholae, vel ut iam conditae amplificantur, minime dubitamus quin vestra, Venerabiles Fratres, multis iam explorata argumentis, itemque catholicorum hominum ex omni ordine liberalitas prompta sit et generosa adfutura.

De mediis vero, ut aiunt, deque maiorum disciplinarum scholis, perstudiose cavendum ne bona illa velut semina in animos puerorum infusa, misere in adolescentibus pereant. Quantum igitur vel agendo vel rogando potestis, tantum contendite, Venerabiles Fratres, ut eiusmodi pericula vel amoveantur vel minuantur; imprimisque pastoralis solertia vestra in eo valeat, ut praelectionibus de religione tradendis probi deligantur doctique viri, utque eae removeantur causae, quae salutarem atque uberem earumdem fructum nimis saepe impediunt. — Ceterum, etsi Nobis bene cognitae sunt probataeque curae a vobis metiis collatae ut istae studiorum optimorum sedes, quae ex auctorum mente in Ecclesiae atque Episcoporum potestate esse debent, tales perseverent, quales ab ipsis constitutae, maiorem tamen in modum vos hortamur, ut omni oblata opportunitate in id ipsum pergatis communi consilio, uti vestrum ius est et officium, incumbere. Quod enim dissentientibus a catholico nomine concessum est, aequitati pariter iustitiaeque repugnat id catholicis denegari; publice autem refert, ut quae a maioribus tam pie sapienterque instituta sunt, non in Ecclesiae fideique catholicae detrimentum, sed in utriusque tutelam ac praesidium, atque adeo in ipsius rei publicae bonum, perpetuo adhibeantur.

Hoc denique officii Nostri ratio exposcit, ut ea vobis impensissime commendemus, quae de adolescentibus clericis, de presbyteris in eis ipsis litteris habuimus commendata. — Profecto si

vestrum est, Venerabiles Fratres, plurimum consilii atque operae in recte instituenda omni iuventute ponere, multo vos magis in iis elaborare necesse est, qui in Ecclesiae spem adolescunt, ut nempe et sacerdotii honore digni sint et muneribus eius rite obeundis aptam pro temporibus virtutem praeseferant. In quo quum praecipuas vigilantiae vestrae partes iure sibi vindicent sacra Seminaria, alacriore in dies studio contendite ut optimis ea institutis floreant, abundantque adiumentis iis omnibus quae necessaria sunt; ita sane ut, delectorum moderatorum disciplina, ad mores, ad virtutes sui ordinis proprias, atque ad decus omne doctrinae, vel divinae vel humanae, sacrorum alumni mature optimeque excolantur.

Quod vero ad fructuosam Cleri vestri actionem pertinet, hoc huius maxime est temporis, ut vestra, Venerabiles Fratres, sive in eo dirigendo concordia, sive in hortando monendoque solertia et caritas, sive in tuenda ecclesiastica disciplina firmitas officii eluceat singularis. — Vicissim quotquot sunt ex ordine cleri necesse est ut Episcopis suis summa cum fide adhaerescant, eorum excipient monita, consilia et coepita adiuvent; in perfunctione autem munierum sacrorum, in laboribus pro salute hominum sempiterna suscipiendis promptos semper alacresque, caritate duce, sese importiant. — Cum vero in omnes partes plurimum possint sacerdotum exempla, imprimis studeant, semetipsos vivam virtutis et continentiae formam oculis christiani populi constanter exhibere. Caute vero videant, ne civilium vel politicarum rerum studiis plus nimio se dedant; illudque saepe Pauli Apostoli meminerint: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis saecularibus: ut ei placeat, cui se probavit*<sup>1)</sup>. Certe, exteriorum prouidentiam, monente S. Gregorio Magno, in interiorum sollicitudine rectum est non relinquere: nominatimque quum de religione tuenda aut de communi bono provehendo agitur, non sunt profecto ea negligenda praesidia atque adiumenta quae tempus vel locus afferat. Summa tamen prudentia vigilantiaque opus est, ne scilicet gravitatem mo-

<sup>1)</sup> II. Tim. II., 4.

dumque transiliant sacri ordinis viri, et minus ipsi caelestia quam humana curare videantur. Aptissime idem Gregorius M.: „Saecularia itaque negotia aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam vero ex amore requirenda: ne cum mentem diligentis aggravant, hanc suo victimam pondere ad ima de caelestibus mergant“<sup>1)</sup>). — Illud etiam volumus, excitari a vobis qui curiis praesunt, ut ecclesiarum suarum *peculium* religiose custodiant diligentissimeque administrent: si qua vero et hoc in genere minus recta insederint, vos item aptam curationem pro munere admovete. — Praeterea valde opportunum censemus, studiosam a Clero conferri curam, ut quae iste sunt Sodalitates seu Confraternitates laicæ in pristinum decus revirescant. Nempe de ea re agitur, quae non minus earumdem Sodalitatum, quam publicum spectet religionis bonum. Ut enim cetera omittamus, plurimum sane adiumenti vobis cleroque vestro talia Sodalitia afferre possunt quum in excolendo ad pietatem, ad christianam vitam populo, tum etiam in firmando salutari illa, quam tantopere expetimus, animorum voluntatumque consensione.

Demum de iis omnibus, quae vel ad religionis fideique avitae tutelam, vel ad institutorum catholici nominis incrementum, vel etiam ad Cleri utriusque disciplinam pertinent, optimum sane saluberrimumque fore arbitramur, Venerabiles Fratres, si consilia identidem inter vos conferre consueveritis, ea communi iudicio decreturi, quae vel necessaria vel magis opportuna dignoveritis.

<sup>1)</sup> Reg. Pastor. p. II., c. VII.

Futurum confidimus ut universi ex Hungaria catholici homines, tam plena periculi rerum suarum inclinatione perspecta, atque in his omnibus, quae diximus, paternae Nostræ sollicitudinis studiosissimaeque erga ipsos voluntatis testimonium recognoscentes, animum viresque sumant; omniq[ue] uti par est, religione consiliis monitisque nostris obtemperent. Vobis autem, Venerabiles Fratres, itemque clero populoque catholico, una velut mente unoque animo pro religione strenue adlaborantibus aderit propitius Deus, maximeque felicem coepitis vestris virtutem impertiet. Nec deerit profecto in causa sanctissima iustissimaque summi Principis benevolum ac propensum studium, Apostolici inquimus Regis vestri, cuius vel ab initiis principatus sui late perspecta sunt in gentem vestram promerita.

Quo autem omnia secundum vota ac prospere cedant, magnas ad Deum preces et ipsi Nobiscum adhibete, Venerabiles Fratres: potissime patrocinium interponite augustae Dei Genitricis; tum etiam implorate fidem saneti Stephani Apostoli vestri, ut e caelo Hungariam suam benignus respiciat, in eaque divinae beneficia religionis sancte inviolateque conservet. — Caelestium vero munierum auspicem et paternae Nostræ benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, clero populoque vestro universo, peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die II. Septembris An. MDCCCXCIII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

**LEO PP. XIII.**

### Decretum generale continens catalogum Festorum.

Iuxta Decretum diei 2 Iulii nuper elapsi, quum a me infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, et Relatore in Ordinariis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum coadunatis, proposita fuerit approbanda Catalogus Festorum,

quae uti *primaria* vel *secundaria* retinenda sunt: Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, auditio voce et scripto R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotore, ita rescribere rati sunt: AFFIRMATIVE; *evecto*

*ad ritum duplicis Maioris, in Kalendario universali, festo Dedicationis Basilicae Sanctissimi Salvatoris, si Sanctissimo placuerit. Catalogus vero ita se habeat:*

**FESTA PRIMARIA**  
in Calendario Universali.

**§ I. Duplicia Primae Classis.**

Nativitas Domini. — Epiphania Domini. — Pascha Resurrectionis. — Ascensio Domini. — Pentecostes. — Festum Corporis Christi. — Assumptio, et Immaculata Conceptio B. M. V. — Nativitas S. Ioannis Baptistae. — Festum S. Ioseph

Sponsi B. M. V. — Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli. — Festum Omnis Sanctorum. — Dedicatio propriae Ecclesiae. — Patronus vel Titulus Ecclesiae. — Patronus Principalis Regionis, vel Dioecesis, aut loci.

**§ II. Duplicia Secundae Classis.**

Circumeisio Domini. — Festum Sanctissimae Trinitatis. — Purificatio B. Mariae V. — Annuntiatio B. Mariae V. — Visitatio B. Mariae V. — Nativitas B. Mariae V. — Dedicatio S. Michaelis Archangeli. — Natalitia Undecim Apostolorum.

— Festa Evangelistarum. — Festum S. Stephani Protomartyris. — Festum Ss. Innocentium Martyrum. — Festum S. Laurentii Martyris. — Festum S. Annae, Matris B. M. V. — Festum S. Joachim, Patris B. M. V.

**§ III. Duplicia Maiora per Annum.**

Transfiguratio Domini. — Dedicatio Basilicae Sanctissimi Salvatoris. — Dedicatio S. Mariae ad Nives. — Festum Ss. Angelorum Custodum. — Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli Aposto-

lorum. — Festum S. Barnabae. — Festum S. Benedicti Abb. — Festum S. Dominici C. — Festum S. Francisci C. — Festum Patronorum minus Principalium.

**§ IV. Alia duplicia per Annum.**

Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscuiusque Sancti.

**Pro Aliquibus Locis.**

S. Gabrielis Archangeli. — S. Raphaelis Archangeli. — Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscuiusque Sancti. — Commemoratio Sancto-

rum, quorum Corpora, vel Reliquiae in Ecclesiis Dioeceseos asservantur.

**FESTA SECUNDARIA**  
in Calendario Universali.

**§ I. Duplicia Primae Classis.**

Sacratissimi Cordis Iesu.

**§ II. Duplicia Secundae Classis.**

Festum Sanctissimi Nominis Iesu. — Festum Inventionis S. Crucis. — Festum Pretiosissimi

Sanguinis D. N. I. C. — Solemnitas Sanctissimi Rosarii B. M. V. — Festum Patronicij S. Ioseph.

**§ III. Duplicia Maiora.**

Exaltatio S. Crucis. — Duo festa Septem Dolorum B. M. V. — Commemoratio B. M. V. de

Monte Carmelo. — Festum Sanctissimi Nominis B. M. V. — Festum de Mercede B. M. V. —

Praesentatio B. M. V. — Apparitio S. Michaelis Archangeli. — Decollatio S. Ioannis Baptistae. — Cathedra S. Petri Ap., utraque. — Festum eius-

dem ad Vincula. — Conversio, et Commemoratio S. Pauli Ap. — Festum S. Ioannis ante portam Latinam.

#### Pro Aliquibus locis.

Officia Mysteriorum et Instrumentorum Passionis D. N. I. C. — Sanctissimi Redemptoris. — Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph. — Sanctissimi Cordis Mariae. — Desponsationis, Maternitatis, Puritatis, Patrocinii B. M. V. — Translationis Almae Domus B. M. V. — Exspectationis Partus B. M. V. — B. M. V. Auxilium Christianorum. — Prodigiorum B. M. V. — Apparitionis B. M. V. Immaculatae. — Commemoratio Omnium Ss. Summorum Pontificum.

Item alia quaecumque festa sive Domini, sive B. M. V. sub aliquo peculiari titulo, sive Sanctorum, praeter eorumdem natalem diem, uti Inventionis Corporum, Translationis, Receptionis, Patrocinii, et hisce similia.

Die 22. Augusti 1893.

Facta postmodum Sanctissimo Domino nostro Leoni Papae XIII. de his omnibus relatione per me ipsum infrascriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua duplum Catalogum, prout superius exstat, approbavit ac vulgari preecepit; elevato ad ritum duplum maiorem, una cum festo Dedicationis Basilicae Sanctissimi Salvatoris, festo etiam Dedicationis Basilicarum Ss. Petri et Pauli Apostolorum.

Die 27. iisdem mense et anno.

L. S.

**Caietanus Card. Aloisi-Masella**

S. R. C. Praefectus.

**Vincentius Nussi**

S. R. C. Secretarius.

68.

#### Gesetz vom 19. März 1876, Nr. 28 R.-G.-Bl.,

betreffend die Bestimmung der Fristen zur Geltendmachung der Rechtsmittel gegen die Entscheidungen und Verfügungen der Organe der Finanzverwaltung.

Mit Zustimmung der beiden Häuser des Reichsrathes verordne Ich, wie folgt:

##### § 1.

Vorstellungen, Beschwerden oder Recurso gegen die im administrativen Wege erlassenen Aufträge, Verfügungen oder Entscheidungen der für die Vorantragung, Bemessung und Verwaltung der directen Steuern, der indirekten Abgaben und sonstigen Gefälle für Staatszwecke bestellten Behörden, Amtser und Organe der Finanzverwaltung sind, insoweit ihre Zulässigkeit in den bestehenden Normen begründet erscheint, binnen einer Frist von dreißig Tagen, und wenn sie nur gegen die Auferlegung einer Ordnungsstrafe gerichtet werden, binnen acht Tagen bei jenem Organe, von welchem der Auftrag, die Verfügung oder Entscheidung ausgegangen ist, einzubringen.

Bezieht sich jedoch das Rechtsmittel auf Verfügungen oder Aufträge von Pächtern oder sonst mit der Einhebung der Staatsgefälle betrauten Privatorgane, so ist dasselbe bei den zur Ueberwachung

derselben bestellten Finanzbehörden erster Instanz geltend zu machen.

In berücksichtigenswerthen Fällen kann die Frist von der Behörde, bei welcher das Rechtsmittel geltend zu machen ist, verlängert werden. Die Rücheinbringung einer Vorstellung, einer Beschwerde oder eines Recursoes in der vorgeschriebenen Frist kann nur derjenigen Partei, an welche die Zustellung des bezüglichen Bescheides oder Auftrages erfolgt ist, oder deren Erben zum Nachtheile gereichen.

##### § 2.

Die im § 1 erwähnten Erlasse müssen die Behörden, bei welchen, und die Frist, binnen welcher Vorstellungen, Beschwerden oder Recursoe einzubringen sind, ausdrücklich bezeichnen, widrigens die Frist erst nach der Zustellung eines diese Daten enthaltenden Nachtragserlasses zu laufen beginnt.

Die Frist beginnt mit dem der Zustellung nächstfolgenden Tage; bei Berechnung derselben sind die Tage des Postenlaufes in dem Falle nicht zu zählen,

wenn das betreffende Schriftstück der Postanstalt gegen eine amtliche Uebernahmesbestätigung (Aufgabschein, Recepisse u. s. w.) übergeben worden ist.

Fällt der letzte Tag der Frist auf einen Sonn- oder allgemeinen Feiertag, so endigt dieselbe erst mit dem nächsten Werktag.

Stellt eine Partei bei einer Behörde das Ansuchen um Verlängerung der Frist zur Geltendmachung des Rechtsmittels oder innerhalb der durch dieses Gesetz festgestellten Frist das Ansuchen um Bekanntgabe der Gründe hinsichtlich einer von derselben erfassten Entscheidung, so wird die Frist bis zum Tage der Zustellung der betreffenden Erledigung unterbrochen und beginnt sodann neuerdings zu laufen.

### § 3.

Durch das gegenwärtige Gesetz werden in Aus- sehung derjenigen Gegenstände, für welche dasselbe

erlassen wurde, alle hiermit nicht im Einklange stehenden Anordnungen außer Kraft gesetzt.

### § 4.

Dieses Gesetz tritt mit 1. April 1876 in Wirksamkeit.

Jene Fälle, in welchen die Zustellung vor dem 1. April 1876 stattgefunden hat, sind, wenn ein Rechtsmittel noch zulässig ist, so zu behandeln, als wenn die Zustellung am 1. April 1876 erfolgt wäre.

### § 5.

Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes wird der Minister des Innern und der Finanzminister beauftragt.

Wien, am 19. März 1876.

Franz Joseph m. p.

Auersperg m. p. Lasser m. p. Pretis m. p.

## 69.

### Zuschrift der k. k. Central-Commission für Kunst- und histor. Denkmale in Betreff der kirchlichen Thurmglöcken.

Die k. k. Central-Commission für Kunst- und historische Denkmale hat bereits wiederholt ihre Aufmerksamkeit den für die katholischen Kirchen so wichtigen Thurmglöcken zugewendet und wird in neuerer Zeit durch die allenthalben in gesteigerter Anzahl vorkommenden Umgüsse alter Glöcken auf diesen Gegenstand insbesonders aufmerksam gemacht.

Weit entfernt, der Frage der Umgüsse hindernd in den Weg zu treten, scheinen der Central-Commission zunächst zwei Hauptmomente doch einer Würdigung wichtig. Dahin gehört zunächst das Einschmelzen von Glöcken, die in ihrer Form und Ausschmückung, wegen ihres hohen Alters oder wegen des Meisters, der sie gegossen hat, von Wichtigkeit sind. Bei solchen selbstverständlich nur in hervorragendem Maße bestehenden Besonderheiten wäre die Central-Commission der Meinung, es werde vom Umgusse abgesehen, und die Glocke sei, wenn sie gebrochen, an ein Museum abzugeben. Der zweite Umstand ist die Ornamentation der Glocke. Die Ornamente und Figuren sowie die Inschriften an den alten Glöcken sind nicht selten von großem künstlerischen und typologischen, ja selbst literarischen Interesse; der Name des Gießers und seines Wohnortes ist jedenfalls von localgeschichtlicher Bedeutung und für

die Entwicklung dieses bestimmten Zweiges der Kunstindustrie in unseren Ländern sehr wichtig. Wenn daher alte Glöcken aus irgend welchen zwingenden Gründen, weil sie geborsten sind oder sonst welchen Schaden gelitten haben, oder etwa weil sie zu vorhandenem Geläute absolut nicht stimmen, umgegossen werden müssen, so würde die Central-Commission meinen, daß es sich empfehlen würde, die Erinnerung an die alte Form undzier zu erhalten; eine bloße Beschreibung oder die Herstellung einer Zeichnung der alten Glocke vor dem Umgusse wäre wohl für obige wissenschaftliche Zwecke nicht genügend, weil solche Nachrichten allzuleicht verloren werden. Wohl aber könnten auf den neuen Glöcken die Darstellungen und Inschriften der alten Glöcken in Facsimil-Abguß wieder angebracht und an geeigneter Stelle durch eine kurze die Daten des Umgusses enthaltende Inschrift vermehrt werden.

Die Central-Commission erlaubt sich, das hochwürdigste fb. Ordinariat von dieser ihrer Ansicht in wohlgeneigte Kenntnis zu setzen und zu ersuchen, auf die Pfarren und Klöster einen maßgebenden Einfluß in dieser Richtung nehmen zu wollen.

Wien am 19. September 1893.

## 70.

Von einem bei dem Reichsgerichte eingeklagten, zur Zeit der Klageüberreichung schon fälligen Congruabetrage gebühren dem obstiegenden Kläger 5 Percent Zinsen vom Klagszustellstage an.

Die Klage auf Congruaergänzung vor dem Reichsgerichte kann nur den Anspruch des Klägers selbst, nicht das Verhältniß des Nachfolgers oder der Seelsorgstation zum Gegenstande haben.

Der Wortlaut des bezüglichen Erkenntnisses des k. k. Reichsgerichtes vom 26. Oct. 1892, Nr. 372, ist nachstehender:

Das k. k. Reichsgericht hat nach der am 26. October 1892 geflossenen öffentlichen Verhandlung über das in der Klage de praes. 3. September 1892, Z. 293, des Angelus Cargo, Pfarrvicar in Maria-Zell, durch Dr. Josef Porzer, Hof- und Gerichtsadvocat in Wien, wider das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht gestellte Begehren um das Erkenntniß:

Das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht ist schuldig, dem Kläger binnen 14 Tagen bei sonstiger Execution an Congruanachzahlung den Betrag von 183 fl. 34 kr. sammt 5percentigen Zinsen vom Klagszustellstage und die Gerichtskosten zu bezahlen, ferner ihm vom 1. September 1892 ab seine Congrua mit 600 fl. jährlich zu bemessen, und über die bis zur Urtheilszustellung nur mit 400 fl. jährlich geleistete Zahlung die der jährlichen Mehrzahlung entsprechenden Raten sammt 5percentigen Zinsen vom Tage der Klagszustellung zahlbar anzuweisen, zu Recht erkannt:

Das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht ist schuldig, dem Kläger binnen 14 Tagen, bei sonstiger Execution, an Congruaergänzung für die Zeit vom 1. October 1891 bis 1. September 1892 den Betrag von 183 fl. 34 kr. sammt 5percentigen Zinsen vom Klagszustellstage an zu bezahlen, ferner demselben vom 1. September 1892 an die Congrua mit 600 fl. jährlich zu bemessen und die zur Ergänzung derselben erforderlichen Beträge zahlbar anzuweisen. Die Gerichtskosten werden gegenseitig aufgehoben.

**Gründe:** Bei der heutigen Verhandlung hat der Herr Vertreter des Klägers erklärt, daß das

geklagte k. k. Ministerium dem in der Klage gestellten Begehren zwar der Hauptache nach, jedoch nicht auch hinsichtlich der in der Klage beanspruchten Zinsen und Gerichtskosten nachgekommen sei, und daß er daher auf Fortsetzung des Verfahrens und Fällung des Erkenntnisses bestehe.

Anbelangend die Hauptache wurde daher, da hinsichtlich derselben eine Einwendung von Seite des Herrn Regierungsvertreters nicht weiter erhoben wurde, dem Klagebegehren gemäß erkannt.

Was die in der Klage begehrten 5percentigen Zinsen anbelangt, so konnten dieselben nur von jenem Betrage zuerkannt werden, welcher zur Zeit der Überreichung der Klage bereits fällig war, während dem Begehren auf Zuverkennung der Zinsen von den erst später fällig werdenden Raten der Congruaergänzung, weil gesetzlich nicht begründet, keine Folge gegeben werden konnte. Mit Rücksicht hierauf wurden auch die Gerichtskosten gegenseitig aufgehoben.

Der klägerische Herr Vertreter hat bei der heutigen Verhandlung ferner auch darüber Beschwerde erhoben, daß in dem Erlasse des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 14. September 1892, Z. 20.344, mit welchem angeordnet wurde, dem Kläger sein Einkommen auf den Betrag von 600 fl. zu ergänzen, auch der Auftrag ertheilt wurde, ihm gleichzeitig zu eröffnen, daß obige Verfügung insbesondere weder für seinen Nachfolger, noch auch für den rechtlichen Charakter des Vicariates Maria-Zell irgendwelche Bedeutung habe. Allein das Reichsgericht ist nicht berufen, diese ganz ungehörig bei demselben vorgebrachte Beschwerde einer Berücksichtigung zu unterziehen.

## 71.

### Sammlung für die Abbrändler in Altbacher.

Das hochlöbliche k. k. Landespräsidium in Krain theilte mit Note vom 21. Oct., d. J. Nr. 3145/Pr., anher folgenden Aufruf mit:

Um 8. September l. J. brach in der Ortschaft Altbacher, politischer Bezirk Gottschee, ein wahrscheinlich gelegter Brand zum Ausbruche, welcher, begünstigt

durch Trockenheit und Wind, in wenigen Stunden die Kirche, 14 Wohn- und 29 Wirtschaftsgebäude einäscherte.

Der Schade beläuft sich nahezu auf 40.000 fl., welchem Betrage eine Versicherungssumme von nur 10.700 fl. entgegensteht.

Angesichts der großen Armut der Bevölkerung und der bedeutenden Höhe des verursachten Schadens ist es nicht möglich der Noth durch die localen Mittel zu steuern und sehe ich mich deshalb veranlaßt, an den stets bewährten Wohlthätigkeitsfond des ganzen Landes zu appellieren und eine allgemeine Sammlung milder Gaben in Krain auszuschreiben.

Eingehende Spenden werden vom Landespräsidium, vom Stadtmagistrat in Laibach und von den Bezirkshauptmannschaften entgegengenommen, durch

die Landeszeitung veröffentlicht und ihrer Bestimmung zugeführt werden.

Diese Sammlung ist zufolge der weiteren Note des hochlöblichen k. k. Landespräsidiums vom 31. Oct. 1893, Nr. 3580/Pr., auf den politischen Bezirk Stein, wo bereits eine Sammlung für die dortorts durch Hochwasser Beschädigten im Zuge ist, nicht auszudehnen.

Über Erjuchen des gedachten Landespräsidiums werden die hochw. Herren Seelsorger hiemit angewiesen, die ausgeschriebene Sammlung durch Verkündigung von der Kanzel zu fördern und die einfließenden Spenden an die betreffenden k. k. Bezirkshauptmannschaften, beziehungsweise an den Stadtmagistrat in Laibach einzusenden.

## 72.

### Concurs - Versautbarung.

Die unter dem Patronate der Religionsfondsdomäne Sittich stehende Pfarre Šmarjeta pri Klevevžu, im Decanate Novo Mesto, ist durch Resignation und die dem Patronate des allerhöchsten Landesfürsten unterstehende Pfarre Kranjska Gora, im Decanate Radovljica, durch Todfall in Erledigung gekommen und werden nebst der Religionsfondspfarre Vojsko, im Decanate Idrija, hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese drei Pfarren sind an die hochlöbliche k. k. Landesregierung für Krain zu stylieren.

Weiters ist die dem Patronate des Gutes Lack unterstehende Pfarre Selca, im Decanate Loka, durch Besförderung und die bishümliche Collations-Pfarre Ovsje, im Decanate Radovljica, durch Pensionierung in Erledigung gekommen.

Die Gesuche um diese zwei Pfarren sind an das hochwürdigste fürstbischöfliche Ordinariat in Laibach zu richten.

Endlich wird noch die unter dem Patronate der freiherrlich Rastnern'schen Familie stehende und durch Besförderung erledigte Pfarre Homec, im Decanate Kamnik, zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese Pfarre sind an die hochwohlgeborene Frau Hilda Lill von Lilienbach, geb. Freiin von Rastnern in Graz zu richten.

Peremptorischer Competenztermin 12. December 1893.

## 73.

### Chronik der Diöcese.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Johann Mesar auf die Pfarre Šmartin bei Kranj, am 24. October; Franz Lakmayer, Expositus in Trn bei Slavina, auf die Pfarre Grahovo, am 2. Nov.; Anton Hočvar auf die Pfarre Brezovec und Gustav Schiffner auf die Pfarre Št. Jošt ob Billiggraz, am 3. Nov. 1893.

Seine k. u. k. Apostolische Majestät geruheten dem Pfarrer in Slavina, Herrn Johann Sajovic das goldene Verdienstkreuz mit der Krone allergnädigst zu verleihen.

Herr Michael Barbo hat auf die ihm verliehene Pfarre Šmarjeta pri Klevevžu resigniert.

Die Pfarre Planina ob Vipava wurde dem Expositus in Razdrto, Herrn Johann Mikš, die Pfarre Dobrova nächst Ljubljana dem Pfarrer in Homec, Herrn Anton Lovšin und die Pfarre Žalina dem Pfarrcooperator in Dol, Herrn Josef Novak verliehen.

Herr Josef Škofic wurde in den zeitlichen, und Herr Johann Habe, Pfarrer in Ovsje, in den definitiven Ruhestand versetzt.

Herr Alphons Levičnik, Pfarrcooperator in Cirknica, wurde als f. b. Hofkaplan und Ordinariats-Secretär angestellt.

Der Neopresbyter Anton Lavrenčič wurde als Pfarrcooperator in Cirknica angestellt.

Versetzt wurden die Herren: Anton Mali, Pfarrcooperator in Podbrezje, als Pfarrprovisor nach Naklo; Peter Bohinjec, Pfarrcooperator in Vrhnika, als Expositus nach Trnje bei Slavina; Lucas Smolnikar, Pfarrcooperator in Št. Kocjan bei Dobráva, als I. Cooperator nach Vrhnika; Johann Volk, Pfarrcooperator in Polhov Gradec, als Cooperator nach Škocjan bei Dobráva; Leopold Raktelj, Pfarrcooperator in Knježak, als Pfarrprovisor nach Babno Polje; Anton Antončič, Pfarrcooperator in Tržič, als Expositus nach Razdrto, und Herr Vincenz Vidergar wurde als prov. Verneug'scher Curatbeneficiat in Moravče angestellt.

Am 27. October d. J. ist der Pfarrer in Kranjska Gora, Herr Blasius Artel gestorben, welcher dem Gebete des hochw. Diözesan-Clerus hiemit empfohlen wird.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 30. October 1893.